N͞T qui displicebat. Sed sciendum · quia nullus hec ꝓ amore omī
potentis dn̄i ex toto corde agere preualet · nisi is cuius animū
scs̄ sps̄ assumpserit. Nam quando homo ex sua uirtute suffi
cit terrena despicere · celestia amare · pacem cū dō querere ·
secum rixam subire · in cogitatione semetipsum rep̄hendere · et
gemitibus punire · Nullus hec agere · nisi quem diuina grā
roborauerit ualet. Unde et subdit̄: Manus enim dn̄i
erat mecum · confortans me. Ad bona quippe surgere per
fecte non possumus · nisi nos sps̄ et preueniendo eleuet et sub
Questio. sequendo confortet. Sed querendum ē · cū superius de uolu
mine q̄d acceperat scriptum sit · et factum est in os meū dulce · (ł ore o sicut mel)
qua ratione postmodum dr̄ · abii amarus in indignatione sps̄
mei. Mirum quippe ualde ē · si dulcedo simul et amaritudo
Sol. conueniant. Sed iuxta superiorem sensum sciendū ē · quia
cui sermo dī in ore cordis dulcescere ceperit · huius ꝓcul
dubio contra semetipsum animus amarescit. Quo enim
in illo subtilius discit · qualiter se rep̄hendere debeat · eo se
durius per amaritudinem penitentie castigat. Quia tanto
sibi magis displicet · quanto in sacro uolumine amplius de omī
potente dō uidit q̄d amet. Sed quia ad ista ꝑficere sua uirtute
non ualet homo · recte nc̄ dr̄. Manus enim dn̄i erat mecū · c̄fortans
N͞T De manu dn̄i. me. Manus autem dn̄i in sacro eloquio aliquando eius unigenit̄
filius appellatur · quia om̄a ꝑ ipsum facta sunt. De cuius ascensi
Moys. one ꝑ moysen pater omps̄ loquit̄ dicens. Tollam in celū ma
num meam. Hec manus que doctorū suorū corda c̄fortat ·
Ioh. discipulis discipulis dicebat. Sine me nichil potestis facere.

© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0178